



Tertia rō est. quia relatio illa est minime entitatē. sed illa re quibus prius dictum est sunt maioris entitatē. ergo illa debuit esse vltima in his que sunt ab alexandro considerata in secunda parte. prius tenet quod illud quod est minime entitatē non est cognoscibile nisi per illa que sunt maioris entitatē. **M**aior tamen rationis posite partem. quod ex hoc ponitur in diuinis. quod non dicunt compositionem perfectam finitatem vel infinitatem. que relationes conueniunt sine mutatoribus rebus.

Querit. ex quo alexander remittit ad logicam sciam. vtz illa sit hominibus necessaria. **S**olutio sic. quod patet autoritate et ratione. **A**utoritate venerabilis Thomae minime alberti dicentis. Recte sicut se habet stultus ad sapientem. ita se habet ignorans logicam et sciens aliquid in grammatice. partem quia sicut stultus loquitur et nescit sui dicti assignare aliquam rationem ex defectu rationis. sic loquens in grammatice vel in aliqua scientia ignorans logicam nescit sui dicti assignare rationem. partem quod ratio consistit in discursu secundum ysaac philosophum. **S**ed sola logicalis scientia est que docet discurre ab ante in prius. **R**atione sic. illa scientia est cuiuslibet volenti aliquid limpide cognoscere necessaria que ostendit cognoscere errores. preterea lumen recte contemplationis. sed homo est logicalis scientia. ergo est eis simpliciter necessaria. **M**aior partem ex diffinitione logicalis scientie. que talis est. que a falsitate que appareret et non sunt liberat. errores damnat. falsitate ostendit. et lumen recte contemplationis prebet. re quo inquit philosophus primo metaphisice dicens. **S**cientie speculative suo lumine proficiunt et teleant hominem in seipso. liberantes eum ab ignorantia. **N**am sicut oculus pellicula quadam velatus non potest visibilia discernere sic oculus intellectus ignorantia logicalis scientie caligat. nihil recte iudicare potest. quod secundum philosophum primo topicorum iam habet viam ad principia omnium aliarum scientiarum. **S**ed via derelicta non potest quis venire ad terminum scilicet ad notitiam principiorum omnium aliarum scientiarum. cuius ignorantis principis necesse est omnia ignorare. ergo sine logica nihil contingit sciri. et per prius maxime est necessaria. **E**x quo partem error eorum qui dissuadent iuuenes in logica non esse instructuos. rumpentes cuius quadam violentia ex eorum ruditate vestem philosophie. re quibus inquit boetius in primo de consolacione conquerendo dicens. **A**ntequam tamen vestem violentorum quorundam hominum sciderant manus. et peticulas quas quisque potuit sibi abstulerat. nam omnes scientie in scalarum modum insignite sunt quibus ab inferiori siue primo ad superius elimentum fit ascensus. **S**ed logica in scientiarum acquisitione prioris gradus dignitate seruitutis obtinet locum ergo sine ea quis nihil agnoscere valet. **S**ed quidam ideotarum sermones preterunt pertrahunt a quibus querere vtz grammatice sit scientia qui verecundie languore percussis ridebunt quod sic. ergo logica est necessaria contra illos infirmitate partem quod scientia solus generat in nobis per remotionem. cuius naturam logica ad plenum declarat. vtz res in se perfecte ut nulli dubium est cognoscatur per sua diffinitionem quidditativam et essentialem. que ex genere et propria ad esse intrinsecum compositionis ad minus secundum rationem in se concurrunt. **S**ed illorum naturam logicus ad plenum declarat. **R**ecurrant igitur post hanc scientiam ad logicam iuuenes ut prius verum a falso discernere quorum logica solus indagatrix esse debet. **N**am ita legant pueri pro nugis maximam. **Q**ue veteres socijs nolebant pau-